

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Procli De Sphaera Liber I**

**Proclus <Diadochus>**

**Basiliae, 1561**

Vitae Graecorum autorum huius operis, latine.

[urn:nbn:de:bsz:31-248967](#)

# Vitæ Græcorū

Autorum huīus Operis,  
Latīne.

PER RAPHAELLEM  
VOLATERRANUM.

## DE PROCLO.



PROCLVS Lycius, disci-  
pulus Syriani, Philoso-  
phus Platonicus, præ-  
fuit scholæ Athenien-  
si: cuius discipulus &  
successor Marinus Nea-  
politanus fuit. Scripsit plura in Phi-  
losophia & Grammatica.

Commentarios in totum Homerum.  
In Hesiodi Erga & hemeras.  
In Rempublicam Platonis.

Com-

PROCLI VITA.

Præterea contra Christianos Epiche-  
remata octodecim.

Hic est Proclus, qui post Porphyrium  
secundus contra nos latrauit, Aduersus  
quem Ioannes cognomento Gramma-  
ticus, scripsit Apologiam: dicitans  
eum, quanquam in rebus Græcanicis  
magnum, stultum tamen esse, & in hac  
parte inductum. Author est Suidas.

Is est, cuius hodie Commentarios in  
Platonem habemus. Præceptor etiam  
M. Antonini, quem ad cōsulatum usq;  
prouexit: ut author est Spartanus.  
¶ Alios item duos Suidas ponit. Vnum  
è Sicilia, Malleotem patria, qui scripsit  
in Sophismata Diogenis:

Et contra Epicurum.

Alterum, cognominatum Procu-  
leum, è Laodicea Syriæ, qui scripsit  
Theologicum, in Pandoræ fabulam  
Hesiodi.

In Aurea carmina.

Ifagogē in Arithmeticā Nicomachi.  
Et alia quædam Geometrica.

## DE CLEOMEDE.



Leomedes Græcus autor,  
scripsit de Circulis cœlesti-  
bus, elegantem admodum  
tractatum, qui adhuc extat.

## DE ARATO.



Ratus poeta Solēsis, in gram-  
matica Menecratis discipu-  
lus, in Philosophia Timonis  
& Menedemi fuit. Emicuit  
Olympiade centesima uigesimaqua-  
rta, regnante Antigono in Macedonia, De  
metrijs Poliorcetæ filio: apud quem, ad  
extremum usq; in honore uixit. Fuit  
uersificator.

Scrispsit Phænomena.

Hymnoꝝ in Pana.

In Medicina quoq; quæ ad compo-  
sitionem Theriacæ pertinent,  
Præterea, de moribus:

Etepiā

## ARATI VITA.

Et Epigrammata quædam in Antigone uxorem.

Epicedium in Cleombrotum.

Soluta quoque oratione Epistolas in Commentarios in Odysseam. Hæc Suidas.

Quintilianus quoq; his uerbis eum taxat: Arati materia motu caret, ut in qua nulla uarietas, nullus affectus, nulla persona, totusq; in nominibus absunt. Sufficit tamen operi, cuise partem credidit, uel æqualem.

Phænomena ipsius, à Cicerone & à Germanico Cæsare conuersa fuere.

## DE DIONYSIO.

**D**ionysius Corinthius, ut Sudas scribit: ut alij, Afer: ex Byzanthe ciuitate, temporibus Augusti scripsit.

Geographiam ueribus hexametris, conuerlam à Prisciano.

B 4 Itemq;

DIONYSII VITA.

Itemq; de Lapidib; & auib;.  
De Bacchis.

Quæ omnia deperdita, præter Geo-  
graphiam.

VITARVM

FINIS.

